Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



I. Re

Surge et unge eum. Ipse
est enim. Tulit ergo samuel cornu olei
et unxit eum in medio fratrum eius. et
directus est spiritus domini in david a die illa
et in reliquum. Surgensque samuel abiit
in ramatha. Spiritus autem domini recessit
a saul. et exagitabat eum spiritus nequam
a domino. Dixeruntque servi saul ad eum.
Ecce spiritus domini malus exagitat te.
Iubeat dominus noster rex. servi tui
qui coram te sunt quaerant hominem
scientem psallere cithara. ut cum arripu
erit te spiritus domini malus. psallat
manu sua. et levius feras. Ait saul
ad servos suos. Providete mihi aliquem
bene psallentem cithara. et adducite
eum ad me. Et respondens unus de pue
ris ait. Ecce vidi filium ysai bethle
hemitem scientem psallere. et fortis
simum robore. et virum bellicosum.
et prudentem in verbis. et virum pul
chrum. et dominus est cum eo. Misit
ergo saul nuntios ad ysai dicens. Mit
te ad me david filium tuum qui est
in pascuis. Tulit itaque ysai asinum
plenum panibus et lagenam vini.
et hedum de capris unum. et misit
per manum david filii sui saul. Et
venit david ad saul. et stetit coram
eo. At ille diligenter eum nimis. et fac
tus est eius armiger. Misitque saul ad
ysai dicens. Stet david in conspectu meo.
Invenit enim gratiam in oculis meis.
Igitur quocumque ergo spiritus domini malus arripie
bat saul. tollebat david citharam.
et percutiebat manu sua. et refocillabatur saul. et levius habebat. recedebat ab
eo enim spiritus malignus. XVII.

Congregantes autem philisthiim
agmina sua in proelium. conve
nerunt in socoth iudae. et castra
metati sunt inter socoth. et azeka.
in finibus dominii. Porro saul et filii
israel congregati sunt. venerunt in valle
terebinthi. et direxerunt aciem adver
nandum contra philisthiim. et philisthi
im stabant super montem exinde hinc
et israel stabat exaltatus super montem.
vallisque erat inter eos. et egressus est
vir spiritus de castris philisthinorum.
nomine goliath de geth. altitudine
VI cubitorum et palmi. et cassis erea super
caput eius. et lorica hamata induebatur. Porro pondus loricae eius. quinque
millia sicli aeris erat. et ocreas aereas
habebat in cruribus. et clypeus aereus te
gebat humeros eius. Hastile hastae eius
erat sicut lignum textorum.
Ipsum autem ferrum hastae eius. sexcentos
siclos ferri habebat. et armiger eius ante
cedebat eum. Stansque clamabat ad
versus phalanges israel. et dicebat eis.
Quare venistis parati ad proelium.
Numquid ego non sum philisthaeus.
et vos servi saul. Eligite ex vobis vi
rum. et ad singulare certamen descendat.
Si quiverit pugnare mecum. et si po
tuerit me occidere. erimus servi vobis. si autem
ego praevaluero et percussero eum. vos
servi eritis et servietis nobis. Ait
philisthaeus. Ego exprobravi agminibus
israelis hodie. Date mihi virum. et in
eat mecum singulare certamen. Au
diens autem saul et omnes israelitae ser
mones philisthaei hiismodi. stupebat
et metuebant nimis. David autem
erat filius viri ephratei de quo sup
dictum est. de bethleem iuda. cui nomen
erat ysai. qui habebat octo filios. et
erat vir in diebus saul senex et gra
vatus inter viros. Abierunt autem
tres filii eius maiores post saul in
proelium. Et nomina trium filiorum eius
qui profecti sunt ad bellum. eliab primo
genitus. et secundus aminadab. et tertius
samma. David autem erat minimus.
Tribus autem maioribus secutis saulem.
abiit david et reversus est a saul. ut
pasceret gregem patris sui in bethleem. Pro
cedebat vero philisthaeus mane et vespe